

que habet fines de prima parte a medio limite terram que est Ecclesie Sancti Apollinaris Episcopi et martiris. Ex secunda parte est funtanam (*sic*) qui (*sic*) dicitur Iuticilee. A tercia parte est viam (*sic*) que pergit contra Ecclesiam beate et gloriose dei genitricis marie que cognominatur Iohannis bovis Inter hos fines est predicta terra que mihi est pertinentem (*sic*) a prephato genitore meo. et est aptum mihi voluntarie offerre ipsa dicta terra. in predicta Ecclesia Sancti Apollinaris que est in la. (*sic*) dicto loco siclano constructa est. Unde coram predicto Iudice et testibus voluntarie ut dictum est pro anima mea per fustim et per presens scriptum offertior non minus tradidi, ipsa prelibata terra: ad partem predictae ecclesie, In manibus domini Rogerii dei gratia Presulis Sedis Cannarum, secum habentem advocatorem Grisancius Patricius Imperialis filius Sassonis. Cui dedi guadium, secum stante suo dicto advocatore, et fideiussorem posui leoni, filio meo hac racione, ut defendam illi illiusque successori prephata terra. In pars (*sic*) dicte Ecclesie, a me ipso et ab heredibus meis, quam et ab omnibus sortificibus nostris, et ab omnibus heredibus, que ipsa nobis contraire quesierint. Quod si facere non potuero. pene me meosque heredes. submicto Triginta solidorum Sciphatorum, dare ad partem prephate Ecclesie, et quod preligitur eadem Ecclesie (*sic*) Inviti adimpleamus. pro eadem, guadium et per predictum mediatorem et fideiussorem, qui eis licentiam prebui pignorandum se (*sic*) et suos heredes per omnia causa (*sic*) illorum legitimas et illegitimas (*sic*) sine quacumque compellatione. Quod scriptum scripsi ego Robertus diaconus et notorius quia ibi fui. Erat autem predictum Instrumentum signatum, et subscriptione dicti dissipati atque Iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum in hunc modum videlicet. †. Ego Siccardus Agustalis dissipatus atque Iudex. †. Ego padel chipi. †. Signum Sante Crucis factum per manus Sico (*sic*) filio Siconis. Item tenor alterius scripti per omnia talis erat. † Anno ab Incarnatione domini nostri Ihesu christi Millesimo Centesimo vicesimo primo. Mense augusto, quartadecima Indicione. Nos Iohannes Iudex de loco Sancti Cassiani, et Petracca et basilius, et ursileo. germani filii damiani eiusdem loci coram subscriptis testibus per fustem tradimus ac venundamus Tibi Rogeri (*sic*) venerabilis Presul (*sic*) Cannensium, astante tecum Eustasio filio Sassonis Civitatis Cannarum scilicet unam peczam vinee que est in cluso santi Apollinaris, accipiens eam vice eiusdem ecclesie santi Apollinaris, que scilicet pecza istis circumdatur finibus. primus et secundus finis eius sunt vinee Iohannis citi tertius finis eius est terra eiusdem Ecclesie, quartus denique finis eius sunt vinee Iohannis Citi et musandi filii possodi. et pro hac nostra vendicione recipimus a te pretitulato Presule Astante tecum prefato Eustasio, finitum pretium scilicet viginti solidatas (*sic*) bonorum papie (*sic*) denariorum per solidum octoginta denarios quam scilicet peczam sic tibi tradidimus, cum Introytibus et Exitibus et cum inferioribus suis et cum omnibus Infra se habitis ad faciendum de ea et in ea quicquid Rector eiusdem ecclesie Santi Apollinaris vel eius successores facere voluerint, quod si in aliqua causacione et Intencione, Te dominum Presulem vel rectorem eiusdem ecclesie Santi Apollinaris, miserimus vel si ego qui supra Iohannes Iudex et ego qui supra petracca. non defenderimus. predictam peczam vinee, parti prefate ecclesie a quartis nostrarum uxorum, vel ut si ego qui supra Basilius et ursileo non defenderimus predictam peczam vinee parti prefate ecclesie, a parte nostre matris et ab omnibus hominibus, qui pro nostris partibus se ibi Intro-